UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historia Scholastica Magistri Petri comestoris sacre scripture seriem breuem nimis [et] obscuram elucidans

Petrus <Comestor>

Argentine, 1503

VD16 P 1829

Ex virgo virgini co[m]missa est ca. clxxiiij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30892

Visual Library

cum eris in paradiſo. Nō intellige de terreno vñ expulſus eſt adam. neqȝ de angelico: quia ad illum ante chriſtū nemo aſcendit. ſʒ in requie: qđ eſt eſſe cū ieſu. Uel hodie eris mecū: qđ eſt eſſe in paradiſo Forte fuit anima huiꝰ cum anima chriſti in ſinu abrae: ⁊ cū illa regreſſa. Et qꝛ nō tunc penetrauit latro celos: etiā ex alijs multꝭ locis ſcripturaꝝ errauerūt quidā: putātes eſſe multa loca bonoꝝ pter celū: paradiſum ſcʒ ade: locaqȝ in aere ⁊ terra: vbi beate viuent, nec tamen deū videbūt. Soli em̄ pfecti cū angelis fruenꝭ dei viſione Ob hoc etiā dictū putant Multe māſiones in domo patris mei ſunt.

Q̄ v̄go v̄gini ꝯmiſſa ē. Ca. CLXXIIII.

Stabant autem iuxta

xta crucem mater ieſu ⁊ maria cleophe ⁊ maria magdalene et ioānes. Tunc dixit ieſus matri de ioanne. Mulier ecce filius tuus. Et ioanni ait, ecce marꝭ tua. Et ex illa hora accepit eā diſcipulꝰ in ſuam: q̄ſi ſuā hn̄s matrē, vel in ſuā: q̄ſi pr̄atem: vel in cōmunionē reꝝ ſuaꝝ. Tū nihil crediꝭ habuiſſe ꝓpriū: ſʒ cū eēt beata v̄go cū apl'is iſte ſpecialē eiꝰ curaʒ habebat.

Quia ioānes aſtitit crucifixioni, ideo die eadeʒ legiꝭ paſſio ſcd̄m ſpm: licet merito poſtremus legaꝭ quia ſcripſit poſtremus

De tenebris factis a ſexta vſqȝ ad horam nonam. Ca. CLXXV.

Sexta autē hora

tenebre facte ſunt vſqȝ ad nonā per vniuerſam terrā. Nō fuit eclipſis ſolis vt quidā mentiti ſunt, qꝛ luna e regiōe fere erat ad ſolem. Eclipſis aūt fieri ſolet tm̄ in ſynodo ſolis ⁊ lune. Legiꝭ: quia tūc athenis vigebat ſtudium: ⁊ cum inquiſiſſent philoſophi cauſaʒ tenebraꝝ, nec inuenirēt dixit dionyſiꝰ ariopagita: ꝙ deus nature patiebatur. Et fecerūt ei aram: ⁊ ſuꝑſcrip̄ſerūt Ignoto deo, de qua legiꝭ in actib⁹ apoſtolorum. Tamē origenes videtur velle ꝙ tenebre ille tm̄ fuerūt ſuper vniuerſam terram iudee: q̄a ſi ꝑ vniuerſum orbem diffuſe fuiſſent: in aliquib⁹ hiſtorijs ethnicorum inuenireꝭ ſcriptum. Et ſicut trib⁹ diebus ſuꝑ egyptios fuerūt tenebre. in terra vero ieſſen vbi erāt filij iſrl' lux erat: ita modo q̄ſi ecōtrario: ſuꝑ filios iſrael erāt tenebre alijs nationib⁹ luce fruētib⁹.

Quia trib⁹ horis protenſe ſūt tenebre. ideo ⁊ nos celebramus tenebras etiam triduane mortis: q̄ſi triduanas facimus exequias: qꝛ nec alibi monachi. ix. faciūt lectiōes niſi ꝑ mortuis: ⁊ tūc etiā ꝓmatus tenebrarum inſinuaꝭ: que in illis dieb⁹ ceperūt p̄cedere diem. Extinctio candelarū fugam ſignat apoſtoloꝝ. Uel qꝛ paulatim fit: occiſionē ꝓphetaꝝ a praua generatiōe factā, ⁊ tandem mortem intellige.

De clamore domini ad patrem. Caplm. CLXXVI

Et circa horā nonaʒ

naʒ ieſus clamauit voce magna dicēs Heli vel heloy lama eſebthani: vna dictio eſt heli: ⁊ ſonat deꝰ meus. Hel em̄ nomē dei eſt, oy, id ē meꝰ. Quid aūt ſonet vox illa chri Euāgeliſta interꝑtatꝰ eſt. Hic ptʒ ꝙ pſalmus qui eiſdē verbis incipit de chro ſcriptꝰ eſt: nō vt quidā putant ex ꝑſona dauid: vl' heſter vl' mardochei. Et dixerūt quidā. Heliā vocat iſte. Hi romani erāt non intelligentes hebreum. Clamabat aūt ieſus ſe derelictū a patre: nō ꝙ deitas ſeparata eſſet ab humanitate. ſed qꝛ ita traditus erat a patre calamitatib⁹: ꝙ videbaꝭ derelictus. Uel ſe derelictū a patre dicit: quia tūc fere inutilis videbaꝭ paſſio eius: q̄a de toto genere hominū nō videbatur quis redimi: niſi latro qui fere ſolus credebat in eū. Uñ dicit in eſaia Factꝰ ſum ſicut qui colligit ſtipulam in meſſe. Et in pſalmo. Singulariꭍ ſum ego donec trāſeam: excepta btā v̄gine: quā etiā tūc crediſſe credimꝰ. In huiuſmodi ei ſemꝑ ipſa excipitur.

Metaphorice loquitur eſaias: cū forte tēpore meſſis ꝓpoſuit paterfamilias colligere meſſem: nō inuenit niſi d̄ ſpicis ſtipulam. ita fuit d̄ chro: cū tēpore gratie deberet meſſem ſuam, id eſt iudeos colligere: nō inuenit niſi ſolum latronem fidelem.

De morte dñi poſt guſtatū acetū Caplm. CLXXVII.

Poſtea dixit ieſus

Sitio. Uas aūt erat ibi poſitū aceto plenuʒ, ⁊ vnꝰ ex militib⁹ īpleuiꭍ